

concomitur, videlicet, quemadmodum explicat quidam Pater, nescit, quid diceret de hac effata; quibus enim vobis uti potuisset, ut ea, quae videbat repraesentaret? Quomobrem non habens, quod melius diceret, praegaudia exultans, exclamavit: Bonus est nos hic esse; factamur tria Tabernacula, ut ibi permanentem sedem constituamus. Excessus amoris sui eliciebat ex ore eius haec verba, quin sciret, quid diceret; ita illectus erat eius spectaculo suavitatis, ut nihil praetera quaereret. Non cogitabat amplius JESUM CHRISTUM esse mortuum, quod ipse illis paulo ante dixerat; non satis gloriosum esse in monte permanere cum Moysse, & Elia, quandoquidem ascensus erat in Caelum cum innumerabili justorum multitudine; & tandem nondum accessit tempus mercedis, sed praesii. P. De Itegens sermo pro secunda Quadragesima Dominica.

Duo sunt proposita Myseria, Transfiguratio, & Passio Domini nostri; sed ubi utrumque simul comparatur, majorem vicium lucem, atque nitorem recipiunt, ut majori habeantur in pretio. Animadvertite igitur oppositionem, admirabilemque utriusque status contrarietatem. In Transfiguratione Filius Dei est gloria redimitus; splendor animae suae resurgit ex ore eius haec verba, quin sciret, quid diceret; ita illectus erat eius spectaculo suavitatis, ut nihil praetera quaereret. Non cogitabat amplius JESUM CHRISTUM esse mortuum, quod ipse illis paulo ante dixerat; non satis gloriosum esse in monte permanere cum Moysse, & Elia, quandoquidem ascensus erat in Caelum cum innumerabili justorum multitudine; & tandem nondum accessit tempus mercedis, sed praesii. P. De Itegens sermo pro secunda Quadragesima Dominica.

Dum hoc impleverit Myserium, & per corpus Filii Dei elucere aliquis radius gloriae animae suae, repente ad latera illius apparuerunt insignes Prophetae duo Moyses, & Elias, cum quibus loquebatur de mortis genere, quo eventum numero erat excessum. O Deus, quis sermo? nunquid deerat argumentum hujusmodi festivitatis aptius? Cur in summo gaudio, hac tot cruciatum commemoratio? Cur tanta in gloria tot contumelia? Cur inter tot manifesta suae immortalitatis indicia mors adeo turpis? Causas expendamus. Primo ut Patri suo testaretur, se vere esse dilectum Filium eius, & paratum ad hoc ostendendum per crucem, tamquam per apertissimum obedientiae suae signum. 2. ut certos efficeret Prophetas, & omnia saecula praeterita, & futura cognoscerent, quamvis ille esset verus Dei Filius, pulcherrimus, & gloriosissimus hominum, has qualitates nequaquam prohibuitas quominus fieret hominum novissimus, ut perfecte adimpleret opus nostrae salutis; atque ut intelligerent honorem, & gloriam suam non esse ejusdem naturae, cujus est Mundi gloria, quae inebriat, & nobis ingerit oblivionem officiorum nostrorum, & cogitationem vitae beatioris; ut scirent se in tanta gloria non abjicere desiderium moriendi pro nobis; quin immo negotium hoc sibi ita esse cordi, ut de hoc ubique loqueretur eo usque, ut de illo inter gloriae suae gaudia sermonem haberet. Senolle nos salvos facere in Thabor, sed in Calvario; sed ad breve horae unius spatium gloriam assumere, ut liqueret quid esse posset; sed diutius se mansurum in Cruce, ut ostenderet quid facturus erat pro nobis. Denique nos suo docere volebat exemplo, dam omnia prospere fluunt, assumenda esse adversitatum cogitationes ad mentis nostrae levitatem coercentem; nos saepe vanitatis vento rapi, & immodica gaudia in pravam licentiam consuevisse. Idem.

Gloria Filii Dei in Transfiguratione sua ad horae dimidium mansit, ejusdem vero privatio in omne vitae ejusdem spatium; neque tantum est miraculum, Deum esse in gloria, quantum est esse in opprobrio; & ille jubet, in terribi opprobria a nobis requiri non gloriam. Expectemus fideles, expectemus videre illius magna in eo in loco, ubi

ostentat illa cum magnificentia; ubi nullum periculum metuendum est, illusio nulla, neque pravum aliquod ingenium repraesentandum est; sed modo, cum natura ubique genium propriam fecerit utilitatem in eis etiam quae sanctissima sunt, immemorem in hoc passionum obiecto, & distanciam vivere in schola crucis, & mortis. Idem.

Dicit Evangelium; JESUM transfiguratum fuisse &c. Admodum verum hoc loco Fideles quomodo Scriptura loquatur de humiliationibus, & gloria filii Dei. Humiliavit semetipsum, inquit Apostolus, sed Pater Aeternus illum glorificavit. Evangelista non dicit ipsum transfiguratum semetipsum, sed transfiguratum est. (Matth. 17.) Salvator non vult esse prototypus noster, nisi in eo, quod imitari possumus in illo, ideoque non jubet, nos apparere, ut ipse apparuit in luce gloriae suae, sed hortatur, ut in humiliationibus suis imitemur. Quam longe distans ab his sensibus, quos nobis immittere vult Dei Filius! Si nobis praeberet exemplum, vel praecipisset, ut fugeremus humiliationem, & gloriam requiremus ab omni ardore, ac sollicitudine; aliud ne facere possemus ab eo, quod facimus? Etenim ut humilitemur, necessario quaeritur, ut aliena manus sese immisceant, & si in nobis hoc esset positum, nostra tantum opus esset, ut primas sedes occuparemus. Nostrum igitur est quaerere humiliationem; sed expectandum est, ut nos alii attollant, quin id requiremus, cupiamus, assentiamur, tunc etiam cum inde aliquod bonum proximo cesurum est; quemadmodum Salvator, qui ideo Transfiguratus est, ut consolaretur Apostolos in timore, ac dolore, quo jam afficiebantur ex proxima illius morte, ut illos confirmaret in fide suae divinitatis, & nos fulciret spe in aeternum gaudendi gloria eadem, qua hodie coram suis Apostolis consuecat. Abbas de Maneris, Homilia in secundam Quadragesima Dominica.

Perhibendum erat authenticum Divinitatis JESU CHRISTI testimonium, ideoque S. Chrysostomus ait, sicuti alii dicebant hunc esse Eliam, aut alium quempiam Elias numero Prophetarum, ecce ad errorem hunc auferendum Elias ipse, & Moyses antiquissimi Prophetarum ostendunt, illum neutrum esse; & praesentia sua palam faciunt quid interit discriminis dominum inter, & servos. Moyses mortuus erat, Elias adhuc vivebat, sed igneo curru fuerat raptus. Nonne igitur utriusque occurrit certum erat argumentum eum, qui medius erat inter illos, esse Deum viventium, & mortuorum? Idem.

Cum quidquid Salvatori accidit seu ad gloriam, five ad humiliationem, aliquam semper complectatur eruditionem, dicimus Moyssem, & Eliam cum JESU CHRISTO adhaesisse, ut docerentur Apostoli alterius quidem lenitatem, zelum vero alterius imitari. Ministri Domini scitote duas haec qualitates necessarias esse ad regimen animarum, quas vobis providentia commisit. JESUS CHRISTUS divinus ille Pastor Prototypus utramque in seipso conjunxit; zelum quidem praesulit ejiciens de Templo venditores; lenitatem vero, quo animo sustulit Publicanos, & peccatores. Corripit iniquos, consolamini pusillanimes, suscipite imbecillos, patientes estote ad omnes. (1. Thessal. 5.) Hoc scribat Sanctus Paulus ad Thesalonicenses; & ita vos quoque suavitati zelum adicietis. Non agitur hoc in loco de zelo simili zelo Eliae, qui ignem elicit de caelo ad impios, & procatas homines absumendos; sed opus est, ut vos ipsi igni sitis, tamquam Propheta hic pro Domini gloria, ut vos comedat zelus domus Dei, (Psal. 68.) ut David; ut hic ignis, quo ardebat Apostolus vos inflammaret. Quis infirmatur in vobis, & ego non infirmor; quis scandalizatur, & ego non uror? (1. ad Cor. 11.) Non agitur hoc in loco, ut sitis Calii, terraeque dominus, ut in singula momenta opereris miracula, ut Moyses; sed opus est, ut, sicut ille, patienter, & moderate feras infirmitates populi in Domini seruitio inconstantis. Idem.

Quemadmodum accidit, quidam Ecclesiae Pater inquit, illum, qui caelestis vita suavitatem gustat, magis magisque affici tadio voluptatum, quibus terrae adheret; mirum non debet esse, si S. Petrus illectus gloriae Magistri, Dominique sui, & quodammodo sui impositi ita rerum terrenarum oblivione capitur, ut cupiat se ibi permanere, ut erat, & ibi tria fere Tabernacula: Dominus bonum est nos hic esse, factumus tria tabernacula. (Matth. 17.) Quanam igitur est caecitas nostra, vel modica fides, ut tantus sit tempor noster erga hanc deliciarum torrentem, cujus minima praegustatio inebriare potest animam nostram, & contra tanta cupiditate sectari bona adeo inconstancia in diurnitate, ac in possessione omni sapore carentia, quorum adquisitio tot laboribus constat, & jacura tot doloribus... Tamen animadvertunt Evangelistae, Apolosum ignorare quid diceret, eo quod in Thabor cuperet permanere; hoc in illo corripuit Evangelista, & esse debet nobis argumentum perutilis documenti. Quorrum hoc? quia Dei Filius pati debet antequam glorificaretur, & mortem subire in Jerusalem, de qua cum Moysse, & Elia colloquebatur. Itaque S. Petrus rerum ordinem invertebat, quoniam felicitas in terra quaerenda non est, sed in caelo; non

Dei Filius humiliavit semetipsum in tota vita sua; sed Pater Aeternus illum honore dignatus est in Transfiguratione ejus. Anmodum verum hoc loco Fideles quomodo Scriptura loquatur de humiliationibus, & gloria filii Dei. Humiliavit semetipsum, inquit Apostolus, sed Pater Aeternus illum glorificavit. Evangelista non dicit ipsum transfiguratum semetipsum, sed transfiguratum est. (Matth. 17.) Salvator non vult esse prototypus noster, nisi in eo, quod imitari possumus in illo, ideoque non jubet, nos apparere, ut ipse apparuit in luce gloriae suae, sed hortatur, ut in humiliationibus suis imitemur. Quam longe distans ab his sensibus, quos nobis immittere vult Dei Filius! Si nobis praeberet exemplum, vel praecipisset, ut fugeremus humiliationem, & gloriam requiremus ab omni ardore, ac sollicitudine; aliud ne facere possemus ab eo, quod facimus? Etenim ut humilitemur, necessario quaeritur, ut aliena manus sese immisceant, & si in nobis hoc esset positum, nostra tantum opus esset, ut primas sedes occuparemus. Nostrum igitur est quaerere humiliationem; sed expectandum est, ut nos alii attollant, quin id requiremus, cupiamus, assentiamur, tunc etiam cum inde aliquod bonum proximo cesurum est; quemadmodum Salvator, qui ideo Transfiguratus est, ut consolaretur Apostolos in timore, ac dolore, quo jam afficiebantur ex proxima illius morte, ut illos confirmaret in fide suae divinitatis, & nos fulciret spe in aeternum gaudendi gloria eadem, qua hodie coram suis Apostolis consuecat. Abbas de Maneris, Homilia in secundam Quadragesima Dominica.

Dei Filius humiliavit semetipsum in tota vita sua; sed Pater Aeternus illum honore dignatus est in Transfiguratione ejus.

Cur Moyses & Elias interierunt Transfigurationi Salvatoris.

Quid ad duorum horum Prophetarum praesentiam discere debemus.

Imperis gaudii quo S. Petrus exultavit in aspectu Salvatoris transfigurationis effera debet, ut in diebus sermone de magisterium caelestium gaudiorum.

in exilio, sed in Patria. Velle igitur permanere in Thabor, cum sequi oportet Dominum in Calvariam, hoc erat contra finem, quem ille sibi propulerat; hoc erat deterrere illum a passione, & morte; prohibere, vel saltem retardare humani generis redemptionem. Hoc tandem erat quaerere quietem, tranquillitatem, & mortem; cum sese objiceret opus erat praese, dolori, & morti; & ecce qua in se S. Petrus ignorabat, quid diceret: Nesciens quid diceret, quia pater viri cupiebat, antequam illum laboribus suis mereretur. Idem.

Nimis prosper rerum secundarum cursus, & adversitas nimia, sunt duo extrema ex aequo perimenda, & ita supra hominis infirmitatem posita, ut neutra secundum praeclearum Tertulliani sententiam diu valeat sustineri. Est vultus sicut malorum, ita & honorum quaedam insolerabilis magnitudo. (1. Tertull. de Patient. l. 1.) Opus est ergo, ut idea duorum Myseriorum, quae Dei Filius simul conjungit, gloriae, & crucis ejusdem, altera per alteram vicissim temperetur; quia proponit gloriam, ut nos ad infinitam gloriam perducat; & proponit gloriam, ut nos ad patientiam hortetur. Itaque in letitia, & prospero rerum cursu veritas? occupa mentem tuam passionibus Filii Dei, & mortificationibus, quas ex te Christiani qualitas necessario per-

quirat. Veritas ne in horore, atque adversis? Animum advertit ad Transfigurationis ejus Myserium, & gloriam tibi promissam. Tale est libramentum quo humana indiget infirmitas, ne vel nimis intumescat, vel nimis animam despondeat. In nimia adversitate fulcire nos debet consideratio gloriae, quae illius merces est futura; & nimia prosperitas temperanda est humanae infirmitatis adpectu, & nihilo rerum terrenarum. Idem.

Fructus Myserii Transfigurationis Domini esse debet nos in Dei Ordine cogere: quia transfiguratum esse, est vere mutatum esse; est alium profus esse ab eo, quod antea eramus; est in se tantum experiri liberalitatis sensum erga pauperes, quantum nobis inerat duritia; tantum propensionis erga mortificationem, & passionem, quanto studio ferebamur in voluptatem, atque molliem. Verbo, est incipere velle a serendis praesentis vitae malis ductos fere gloriae procul semota. Tuam est Domine, mutationem hanc in nobis operari. Tu cordium es Dominus, & illa eo vertis quocumque tibi libitum fuerit: eleva nostra in Caelum, & ne permittas illa semper terram versus inclinari. Fac ut in nobis oriatur amor caelestium, ut tadio afficiamur inanium voluptatum, infanorumque Mundi hujus gaudiorum. Idem.

Fructus percipiendus ex Transfiguratione est nosmetipsos transfigurare res & qua in re possit fieri haec transfiguratio.

ABLUTIO PEDUM. MONITUM.

Emo forte mirabitur, me inter Myseria Domini nostri recensere Pedum ablutioem, quam exercuit cum Discipulis suis JESUS CHRISTUS; si animadvertit ipsum JESUM CHRISTUM praesuisse, ut actio haec aequae mystica esset, atque humilis in oculis hominum. S. Petrus qui primus obviavit, statim affectus non est hoc Myserium; sed mox hoc illi Salvator explicuit; & explicavit ab eo facta longe plura Myseria complectitur, quae argumenta suppeditare possent pluribus aliis sermonibus. Tamen dissimulare nequeo susporem, qui incessit mihi evidenti optimos Scriptores nostros parvissime locutos esse de hoc argumento, quod tamen uberem praebet eloquentia copiam, & locum quamplurimum moralibus animadversionibus. Plerique nonnulli obiter de hac re loquuntur, paucissimi sermones hujus argumenti typis ediderunt, & ii, qui susus illud pertraharunt, si sermo sint Interpretes in S. Joannis Evangelium, & illi qui Meditationes de vita Filii Dei elucubrati sunt. Nihilominus cum pia haec ceremonia pauperum pedes abluendi feria quinta Majoris hebdomadae vulgo in Cathedralibus Ecclesiis, pluribusque Regularium canonibus usurpata vigeat, & religiose a Summis Pontificibus observetur, non secus ac a Regibus nostris, & plerisque Christianis Principibus: Aetionem hanc adeo religiosam, atque Christianam semper comitatur aliquis sermo ad hoc pertinens argumentum. Quapropter opera pretium me facturum arbitratus sum ea colligere, quae omnique licuit mihi invenire, ne verum supellex deesset hujusmodi sermonem elaborativis.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

Multiplex Sermonum hujus argumenti Synopsis.

Dei Filius gloriosam reddidit humilitatem, ex quo illam nobis ostendit in persona sua, nobisque illius adstruit ideam profus aliam ab ea, quam vulgo modus sibi proponit suavissimae hujus virtutis. Quapropter in medium duplicem profero veritatem, quae terminis hujus argumentum, & partitionem constituit. Quam altera est, humilitatem a Deo exercitam in hoc Myserio ablutioem pedum gloriosam effecere humilitatem humanum, qui quemcumque obtineat locum super homines alios, sese tamen ad similes actiones demittunt; quod vobis admittat ostendere in parte sermonis hujus prior. Altera veritas est: Christianam humilitatem ad exemplum Dominicae compositam in hujusmodi actibus caritatis vicium in majorem Dei gloriam cedere. Memento, si vobis lubet duplicis hujus propositionis. 1. Humilitas ab homine Deo exercita, gloriosam efficit hominum humilitatem. 2. & humilitas ab hominibus in hujusmodi occasione exercita, in majorem Dei gloriam cedit. Duo valida argumenta, quibus hodierna die fert animus excitare vos ad virtutem adeo oppositam ingenio nostro, & a qua omnia nos videntur deterrere.

Ut priorem vobis veritatem persueadam; videlicet exemplum Filii Dei sese ad abjectissimum utque ministerium demittentis reddidit Christianam humilitatem toto Caelo gloriosiorum, quantumvis Ethnicis visa fuerit contemptibilis, & quantumcumque illius horrorem conceperit plerique ipsorum etiam fidelium, ut, inquam, vobis veritatem hanc persueadam, ut duxatam volo iis actionibus hujus circumstantiis, & considerationibus, quae ultro occurrunt in narratione, quam S. Joannes Evangelista proponit: nam adiciens actioni hujus sermonem, quem mox habuit ad discipulos suos Salvator, tres considerationes assero, quae totidem sunt manifesta primae hujus propositionis argumenta. Prima consideratio est ipsam semet proponere in exemplum: Exemplum dedi vobis, ut quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis. (Joann. 13.) Altera est, ipsam praecipere, ut in hoc ipsum imitemur: Si ego lavi pedes vestros Domine, & Magister, & vos debetis alter alterius lavare pedes. (Ibid.)

Tertia tandem, ipsam praemia proponere imitatoribus suis. Si haec scitis, bene vobis hae fecerit ea. (Ibid.) Modo quaso a vobis, utrum exemplum hoc hominis Dei, utrum hoc tanti Domini, & Magistri praecceptum, utrum magnifica merces, quam pollicetur Deus minimis etiam virtutum actibus, paria sint extollendo illos, qui humiles, abjectioresque videntur, & gloriosam efficiendo eandem humilitatem? Ita sane proculdubio; quantumlibet gloriam appetamus, quantumlibet ambitiosum ingenium nostrum perhorrescat quidquid eos abjicere potest. Primum ergo quidquid Verbum incarnatum in pretio habuit, & probavit, & cujus ipse nobis exemplum reliquit, vere gloriosum est; quia cum ipse sit eadem gloria essentialiter, quemadmodum illum S. Paulus appellat, eam communicat rebus omnibus, quas facit, non secus ac illis, quod ad illum accendit, & aliquam cum illius persona rationem habent. Hac de causa crux effecta est gloriosa, quae erat infamis antequam homo Deus illi configeretur. Hoc in sensu asserit S. Bernardus, pauperatatem olim non minus contemptam fuisse, antequam Salvator illam consecrasset, sed mox illam in honore habitam fuisse; ita ut illi etiam quibus contigit bonis hujus mundi cumulari, non erubescant eandem amplecti. Pauperas Christi nulli est ambiscenda nobilitas. (Bernardus serm. 4. in Nativ. Dom. Idem.) Cur hoc ipsum de humilitate dicendum non erit? Nunquid indecorum est sese propter Deum, & ad exemplum Dei sese subjicere? Actiones humillimae, & quae maxime serviles vocari possunt, nonne gloriosae sunt, postquam ille, qui honorem attulit omnibus statibus, ad quos se dimittit, indignas se minime censuit? Et ut loquamur de mirabili humilitate, quam praese tulit abiciens pedes Apolosorum suorum, praetermittendum non est, quod narrat Evangelista, ipsum actu cogitasse, quid esset, supremam magnitudinem suam, summamque potentiam; se a Deo venisse, sibi quae ad Deum revertendum esse, & hae mente se ipsum ad id abjectum munus demittere, ut illud gloriosum efficiat: Sciens, quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia a Deo exivit, & ad Deum vadit, surgit a cena, & pedes vestimenta sua lavavit. (Joann. 13.) Altera consideratio, quam efficeret possumus de hoc humili facto, praecceptum est, quod irrogat nobis: quod quidem intelligendum non est de hae actione pedum abluendorum, sed generatim de abjectissimis



*Peccavit. Domine, tu mihi lavas pedes? Tu mihi? Tu, qui Deus, & supremus universorum Dominus, mihi, qui servus tuus sum? Tu, qui es Sanctus Sanctorum, mihi, qui peccator sum indignus, qui accedam ad te, & adhuc indignior, ad quem tu accedas? Habita fuit tunc contentio humilitatis inter Magistrum, atque discipulum, inter Salvatorem, & Apostolum. Infinitus erat honor Apostolo, Dei Filium exercere erga ipsum ministerium adeo abjectum; & hoc se indignum censere non mediocriter erat humilitas; sed nimis illum provehit semet obiciens voluntati Domini; quæ res illi promeruit terribilem comminationem; quemadmodum jam sibi gravem promeruerat reprehensionem, eo quod illum prohibere voluerat, ne pro hominum salute mortem obiret. Salvatoris humiliatio fuit e contra perutilis Sancto Petro, præbens illi exemplum sese humiliandi; cum erectus esset ad sublimem honoris gradum, quo nil majus in terris est, sed præterea per hanc actionem docens, ipsum diligentius semet emundare debere, & a minimis etiam sordibus immupem præstare, ut in dies magis magisque accederet, & se cum illo conjungeret, qui est sanctitas ipsa, & qui pati nequit, ut aliquid inquinatum secum ingrediatur in caelum; quod mox impulit discipulum hunc, ut peteret quandoquidem ita vellet, ut non pedes tantum, verum etiam & caput, & manus abluere.*

Cum primus Imperator Christianus sese demisit ad effundendam humum, eamque gestandam instanter ad edificationem primi Templi, quod JESU CHRISTO sacrum fuit in honorem Principis Apostolorum, nunquam major apparuit, quam in humili hac exercitatione; & prius atque incomparabilis Monarcha S. Ludovicus nunquam fuit gloriosior, quam cum per sensum altissimi humilitatis pauperibus ministrabat, regisque manibus suis dapes illis intruerebat. Profecto servare Deo, regnare est, Sacer Textus ait, & illi obedire aliquid majus est, quam terræ universæ imperitare. Utrumque vero fit, cum exerceatur humilitatis, & caritatis actus erga alios. Obtemperatur Deo illos præcipienti, & Deo ipsi hoc præstatur obsequium, qui illos recipit in persona eorum, qui illum representant: Hi quo sunt fontes gloriae, qui hæc actionum genera commendant. Hac mente, ac spiritu sublimioris terræ potestates, & qui ad altiorum dignitatum apicem erecti sunt adeo religiose observant piam hanc, & sanctam caeremoniam abluendi pedes pauperum hac die. Summus Pontifex quatenus Salvatoris Mundi Vicarius hanc sibi legem irrogat juxta exemplum illius, cujus obtinet locum, & ille cujus pedes maximi Reges etiam deosculantur in dignitatis ejusdem obsequium, nihil de gloria sua putat imminutum, si sese ad pedes miserorum, abjectorumque hominum demittat. Reges nostri, ac Monarchæ qui neminem supra se norunt, non arbitrantur quidquam de sua dignitate, quæ illos supra subditorum suorum capita extollit, decedere, ubi quotiens hanc eandem exercent caeremoniam, quoniam ad pedes supremi Domini sui sese abiciunt, cum pius hoc præstant officium personis ab eorum gradu semotifimis; & quemadmodum Religio eos docet in eo gloriam suam collocare, si semet coram Deo humiliaverint, a quo supra aliorum capita sublata fuerunt; illi obsequium præstare putant, si sese demittant ad pedes eorum, qui illum representant.

*Applicatissimè aliquarum Scripturæ locorum hujus argumenti.*

*Quicumque voluerit inter vos major fieri, sit vester minimus. Matth. 20. Animadvertite quæ tempus, & locum, quæ Salvator elegit, ut publicum humilitatis suæ testimonium præberet. Discipuli tunc certabant, quis eorum major, & spectabilior videretur. Alias eandem questionem agitaverunt, cumque nihil proficerent ex illa exprobratione, qua divinus hic Magister hanc ob rem illos corripuerat, ut eorum superbia mederetur, longe præsentiorum adhibuit medicinam, in medio eorum, & cum illis exercens actum admirabilis humilitationis qui nondum visus fuisset in terris, eorum pedes abluens, ut hoc humilitatis actu adeo mirabili, qualis fuit pedes eorum abluere, doceret eos recentia Evangelii sui placita, videlicet crescendi modum esse sese magis, magisque humiliate: illum in oculis Dei majorem esse, qui minimus est in oculis suis; & oportere, ut qui primus ex nobis est, fiat servus aliorum; ac tandem mensuram nostræ in celo elationis suarum eandem, ac nostræ in terra humilitationis, itaque non est amplius, cur Princeps Apostolorum dicat: *Humilitatemini sub potenti manu Dei; (1. Petri c. 5.)* sed tantum humiliamini, quia ille, qui supremus est magnitudo, ipse nobis præbet humilitatis exemplum sese demittens ad abjectissimum officiorum omnium, quod alicui præstari possit, quale est illius pedes eluere.*

*Exinanivit semetipsum formam servi accipiens. Ad Philipp. 2. Quæcumque sit humilitas, quæ in exteriori hoc facto elucescit, dicere tamen possumus umbram tantum esse, & effectum illius, quam exercuit, cum seipsum exinanivit propter amorem nostrum humanam carnem assumens, & formam servi accipiens, ut Apostolus loquitur. Ea ipsa in oc-*

*casione omnia posuit suæ magnitudinis insignia, & exuit gloria suæ ornamenta induens carne mortali, atque passibili. Hoc Apostolus *exinanitionem* appellat, nam semet in creaturæ ordine constituens fecit se servum & subditum, quod creatis omnibus essentiale est: & servi formam accepit ita se humilians, videlicet secundum veram horum verborum explicationem, servi naturam accepit, & quidquid proprie servi essentiam constituit. Sed in pedum abluitione servi tantum manus & officium exercet, & exteriorem, ut ita dicam, assumit corticem, abiciens vestimenta sua ut se in statu, & in famuli forma statueret, & hoc pacto sese demitteret ad ea, quæ in conditione hac sunt magis abjecta; quod secunda vocari potest exinanitio magnitudinis ejus, quæ inerat ipsi, quatenus homini Deo, & quæ illud adhuc supra ceteros homines infinitè commendat.*

*Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde. Matth. 11. Ex omnibus documentis, quæ Verbum Incarnatum hominibus tradidit, liquet, maximi momenti & illud, quo nihil erat ipsi antiquius, humilitatem fuisse; ideo voluit, ut hanc ab ipso perciperemus, se nobis præbens simul & præceptorem, & exemplum. Virtus hæc in omnibus vitæ ipsius factis elucet, & nulla est, cujus nobis vel magis explicitum irrogaverit præceptum, vel frequentius nobis exemplum reliquerit. Quod videtur locum fecisse Sancto Paulo appellandi hanc JESU CHRISTI virtutem: *Ut in habitis in me virtus Christi. (1. ad Cor. 12.)* Sed in pedum abluitione simul omnia conjungit, præceptum, exemplum, documentum; ita ut una hæc actio nobis dicere videatur: *discite a me, discite quantum fuerit humilitas Filii Dei.* Profecto virtutes alias percipere possumus ab actionibus veterum Patriarcharum aliorumque Sanctorum, qui Salvatoris adventum præcesserunt. Penitentiam discimus ab Adam, qui primus fuit penitens, quemadmodum primus fuit peccator. Fidelitatem a Noe, obedientiam ab Abraham, a Sancto Job patientiam, a Joseph castimoniam, lenitatem a Moyse, zelum a Phinees, injuriarum veniam, & inimicorum dilectionem a David: sed Filius Dei voluit, nos ab ipso discere humilitatem. Hanc vero melius docere non poterat, quam sese humiliando usque ab abluendos pedes discipulorum suorum, ubi sciamus ad quem usque magnitudinis apicem evelerit.*

*Cum dilexisset suos, qui erant in Mundo, in finem dilexit eos. Joann. 13. Mirum sane est Evangelistam narraturum humilitatis actum, ad quem se demisit Salvator Apostolorum suorum pedes abluens, nos ad hoc memorabile spectaculum præparare per divinæ caritatis elogium: *Cum dilexisset suos* &c. cujus rei quantum vobis causa extitisse videtur, quandoquidem dux ista virtutes nullam inter se nemum habere videntur? Caritas enim, Apostolus inquit, ceterarum virtutum præstantissima est, humilitas vero novissima. Illa fastigium est, & cumulus perfectionis, hæc autem est veluti fundamentum. Sed ratio est, quia Sanctus Joannes, ut nobis ostenderet profunditatem hujus humilitationis Filii Dei, voluit nobis ob oculos ponere altitudinem, & præstantiam caritatis ejusdem, ut utramque simul metiremur. Quemadmodum ex altitudine ædificii cognoscimus quanta sint illius fundamenta; ita si scire vultis ad quam humilitationis abyssum Dei Filius per humilitatem descenderit, cognoscite ad quem altitudinis apicem caritas ejus pervenerit. Amor ejus ascendit usque ad æterni Patris sinum, ubi divinum hoc Verbum quiescebat, & humilitas per quam ad nos usque descendit, ostendit hoc insigne miraculum; videlicet, illum ipsum qui sedet a dextris Altissimi, ad creaturarum suarum pedes obvoluit; ita ut profunditas humilitatis, quæ ad extremam usque exinanitionem descendit, exagat altitudinem, & fastigium caritatis ejusdem, ut Apostolus loquitur. Amor igitur, quem testatus est hominibus toto vitæ suæ spatio, sub ejusdem exitum magis resulit per admirabilem hunc humilitatis actum abluendi pedes pauperum piscatorum; quod efficit, ut excessum caritatis ipsius ex humilitationis suæ excessu intelligamus.*

*Qui lotus est, non indiget nisi ut lavet pedes, sed est mundus totus. Joann. 13. Hæc verba, Sancto Augustino interprete significant, illum qui per baptismum ablutus est, & ab omnibus sordibus emundatus, adhuc indigere alio baptismo, videlicet penitentia, cujus figura est pedum abluitione; qui quidem baptismus necessarius est sanctissimo cuius ad emundandas terrenas affectiones, quæ sunt veluti pedes, qui sexcentas contrahunt sordes ex mundi commercio; hoc est ut citra alogoriam, & metaphoram loquamur, illi qui post baptismum non labuntur in gravia, & mortalia peccata, per quæ Dei amicitiam amittimus, sed tantum in leves noxas, venia dignas, habent caput, & manus puras; quia rectam habent intentionem, & actiones eorum sunt divinæ legi, & Evangelicis institutis conformes. Sed arduum est, ideoque pererratum, quod pedes eorum, videlicet affectus, cogitationes, & desideria non colligant, & contrahant sordes ulla terre super quam incedunt, & cui jugiter inhærent. Hi autem sunt pedes, affe-*

*Voluit Dei Filius nos ab ipso discere humilitatem quam ille docere non poterat.*

*Validum Filiis Dei argumentum. Si ego Dominus lavi pedes vestros, quæ servitibus, quæ servi estis, quid facietis? non est servus major Domino suo. Joann. 13. Hæc verba continent vim omnem sermonis, quem habuit Salvator ad Apostolos suos post pedum abluitionem, aperiens illis consilium, quod celaverat eos; antequam hoc faceret. Nostis, inquit, quid fecerim vobis? Vos me Dominum, & Magistrum vocatis, idque jure, tum enim. Si ergo ego qui sum Dominus, & Magister, memet abjeci eo usque, ut pedes vestros eluerem, nonne vos tali exemplo ducti inveniunt pedes vestros debetis abluere? neque enim hoc exemplum dedi vobis, nisi ut quod ego feci, ita & vos faciatis. Dico igitur vobis, & vere dico: servus non est major Domino suo, neque Apostolus eo, a quo missus est. Si rite assequimini ea, quæ dico vobis, & quæ nuperrime feci, beati eritis, si illa fueritis executi. Lectio præstantissima, quam tribuit increta sapientia ad nos Apostolos solum, verum etiam ad Ecclesiam omnem gratulandum, lectio eo efficientior, quod actio præcellit verbo, opus documento, & exemplum præcepto.*

PARAGRAPHUS IV.

*Latè, & Sententiæ Sanctorum Patrum ad hoc Argumentum spectantes.*

**TU** mihi lavas pedes! Quid est tu? Quid est mihi? Cogitanda sunt potius, quam dicenda, no forte quod ex his verbis concipit anima, non explicet lingua. S. Augustinus tractat. 56. in Joannem.

*Petrus videns divinitatem incarnatam, incurvatam ante se, expavit & exhorruit. Idem epist. 28. ad Fratres in eremo.*

*Non erubescat servus si facere jubeatur, quod prius fecit Dominus. Cyprianus de abluitione pedum.*

*Dominus ad genua Petri lavaturus pedes, ipse genibus flexis, Dominus servo consummata humilitatis obrulit famularum. Idem ibidem.*

*Propter nos, benignissime Domine, pedes lavas discipulis, quia post baptismum, quem sui reverentia non passitur iterari, aliud lavacrum procurasti, quod nunquam debeat intermitteri. Idem ibidem.*

*Latè baptisimato, eodem lavacro ulterius non egens, sed hoc lavacrum quotidianè est excessibus institutum. Idem ibidem.*

*Docetur hic, quæ sit baptisimi, & aliorum Sacramentorum stabilitas, & quantum ad expirationem proficiat divinis pietat, & pia humilitas. Idem ibidem.*

*Docetur etiam quomodo omni tempore proseguenda, ac repetenda sit ablutio pedum, per quam recte cogitamus, & intellectum adhaerentes animæ sordes quotidiana satisfactione laventur. Idem ibidem.*

*Quem fastum hoc non tolleret, quam non deprimeret elationem? Qui sedet super Cherubin prostratus pedes lavat, tu homo terra, & pulvis esheris. Chrysostrum Homilia 72. in Joannem.*

*Houdry Bibl. Conc. Theol. de Myster. Tom. 1.*

*Humilitas! Christi servus, quantum confundit superbiam nostram. Bernard. sermone primo in Epiphani.*

*Quomodo non humiliaretur homo coram humili Deo. Idem ibidem.*

*Manifestum est lotionem hanc factam non tantum in exemplum, sed etiam in mysterium spiritualis munditiæ. Idem in serm. de cœna Domini.*

*In recitando Christi obsequio vehementer Petrus, in permissendo vehementer, utrumque ex amore. Chrysostrum.*

*Ad pedes Juda locum mihi fingebam, nunc dum Christum ito advolutum arante considero, nullum mihi inde expulso locum video. S. Borgia in ejus vita.*

PARAGRAPHUS V.

*Quid ex Theologia primum depromi valeat in hoc argumento.*

**C**redendum non est hanc consuetudinem abluendi pedes initium duxisse ab hac caeremonia, in qua Dei Filius post novissimam canam, quam fecit cum Apostolis suis pridie quam pateretur, incomprehensibili humilitate lavit pedes eorum. Dicere possumus hanc fuisse temporum omnium consuetudinem, & omnium fere nationum, ita ut qui se antiquitatis studiosos faciunt, illum se in prophanis auctoribus comperisse testentur. Sufficit nobis videre morem hunc in Sacris litteris constitutum exemplis Abraham, Loth, aliorumque nonnullorum in hospitalitate, quam veteres Patriarchæ exercebant cum amicis suis, viatoribus, & peregrinis ad significandam illis lætitiã quã afficiebantur, videndi illos, atque testatam illis faciendi per hoc caritatis officium voluntatem suam præstandi illis quidem ab amicis cupere possent. Sed non hac mente Mundi Salvator hoc officium caritatis exercuit cum Apostolis suis; sed sensu humilitatis, cujus voluit illi exemplum præbere, antequam ab illis disceretur reverfus ad Patrem, quemadmodum ipse illis aperuit; cumque hæc novissima erat futura actio, cujus testes essent futuri, nihil prætermisit, ut alte in mente eorum impressa remaneret. Hinc S. Gregorius universum terrarum orbem invitat ad mirabile hoc spectaculum Dei provoluti ad pedes duodecim pauperum piscatorum, ut videant in hoc præstantissimo humilitatis exemplum.

Ad exemplum S. Joannis, consideranda est excellentia illius, qui sese demittit ad pedes Apostolorum abluendos; quo enim sublimior est, qui sese humiliat, & major eo illius humiliatio; & humilitas nullibi admirabilior est, quam ubi reperitur in persona, cujus dignitas, & merita excellent. Salvator igitur considerari potest quatenus Deus, & quatenus homo. Quatenus Deus, videt se in celo circumdatum innumerabili turba spirituum beatorum, qui profunda cum reverentia ipsum adorant. Quatenus homo se in cubiculum recipit cum genibus piscatoribus, quorum pedes eluit. Quatenus Deus amicus est gloria; induens est mundum, & quatenus homo, quatenus homo, exuit se vestimentis suis, linteo præcingit se, ejusque manus occupatur abluendis pedibus hominum ex infima plebe.

Actio humilitatis, cujus Mundi Salvator hic nobis præbet exemplum, non vacat mysterio; ita ut nonnulli ex S. inter Patribus ibi quamdam Sacramenti speciem deprehendant; non quidem recensendum inter ea, quæ agnoscit Ecclesia, veluti fontes omnium gratiarum, & quæ nobis applicant virtutem Sanguinis Dei, sed propter rationem illam, quam cum præcipuis Sacramentis habet hæc actio. Hoc enim videtur habere commune cum Baptismo, quod fit per aquam, quod eluit maculas animæ quemadmodum Dei Filius non obscure significavit dicens Principi Apostolorum: *Si non laveris te, non habebis partem mecum. (Joann. 13.)* Nonne dices secundum hoc baptismum æque necessarium esse ac primum? Neque minorem habet rationem cum penitentia eandem ob causam; quandoquidem Salvator idem hac utitur abluitione ad detergendas, ac delendas minimas sordes; *Qui lotus est non indiget nisi ut lavet pedes; (ibidem)* quod quibusdam locum præbuit credendi, hoc reipsa vere Sacramentum esse; illud est, quod hæc actio immediate præcessit institutionem adorabilis Sacramenti Corporis & Sanguinis Domini, quasi docere voluerit Apostolos, & in eorum persona Fideles omnes, quantum cum puritate sit accedendum ad tantum Mysterium: ita ut, sicuti Sacramenta signa sunt practica, quæ quod significant, operantur, hæc actio omnem cum illis habeat similitudinem in Symbolo, quod ibi adhibetur, in effectu, quem parit, & quem adhuc representat. S. Bernardus, alique nonnulli in hanc sententiam inclinarunt: verum cum illi non subscripserit Ecclesia, satis fit nomen Mytherii, quod re adhuc integra illi tribuimus.

Cum Evangelista animadvertere possumus, si Dei Filius sese demittit ad actum hunc, qui per se servilis est, denotant, sed mero potentiam, genus; se de celo descendisse, & illuc se reversum, ut regnet ad dexteram Patris. Hæc omnia novit, & humiliter

*Quid sit ablutio pedum, quam Dei Filius exercuit cum Apostolis.*

*Primum illud quod in hoc facto considerandum est, qualitas est illius, quæ hoc pacto se humiliat.*

*Hæc pedum ablutio mystica est, & species Sacramenti.*

*Non animi denotant, sed mero potentiam, genus; se de celo descendisse, & illuc se reversum, ut regnet ad dexteram Patris. Hæc omnia novit, & humiliter*

S. Joan.



nis officis proximo nostro prestandis, ubi caritas postulat; quapropter hic homo Deus vix praebruit hoc humilitatis exemplum Apostolis suis, cum accepit nomen Domini, & Magistri, ut illos ad sui imitationem, atque obedientiam praestandam compelleret. *Si ego laui pedes vestros Dominus, & Magister, & vos debetis alter alterius lavare pedes.* (Ibidem.) Illis jam humilitatis praecipuum inrogaverat, cum jubens eos similes esse parvulo, quos in medium eorum accivit, etiam atque etiam commendaverat, ut novissimos recubitus sibi fumerent, ubi invitati essent ad publicam aliquam celebrantiam, ubi quilibet suum quisque locum, & ordinem tueri curat, & appetit. Jam illis edixerat humilitatem eam esse virtutem, qua nihil sibi erat antiquius, & hanc a se disci cupiebat, quoniam nemo se melius illius praecipua tradere poterat. Hanc denique posuerat tamquam novae legis suae fundamentum, & placitum maxime necessarium Evangelii sui: sed ipsi etiam Apostoli sui adeo parum servaverant praecipuum hoc, ut paulo ante inter illos obortum fuerit certamen, quis inter illos major esset, certissime praestaret: sed modo pedes illorum eluens ipse id agit, quod imperaverat aliis, & hoc imperium, quod durum adeo, ac difficile videbatur humanae superbiae, tandem lenitum fuit exemplo, quod ipse praebruit. Neque solum faciliorem efficit illius executionem, sed praxim etiam honorabilem facit per dignitatem imperantis: si enim gloriosum est obsequium praestare ipsis etiam Terrae principibus, & id honori sibi vertunt ipsi Optimates, nonne potiori jure hoc dicendum est de abjectissimis quibuscumque operibus, cum sunt propter Deum, & ipsi Deo in persona pauperum? quid de hac re dici non potest? Tertio addenda est merces quam pollicetur Deus illis, qui ita se humiliant; & dicere satis est mensuram gloriae eorum in Caelo eandem futuram ac illam humilitationis ipsorum super terram, & ipsos eo gloriosiores futuros quo magis hanc humilitatis praxim servaverint.

III. Cum Dei Filius venerit in terram futurus prototypus nosster, cumque Christiani perfectio consistat in similitudine, quam habere debet cum illo; extra omnem dubitationis aleam situm est, tutissimum illius imitandi rationem, & perfectam, quam cum illo habere possumus similitudinem esse, sequi exemplum illius, exercendo actiones humillimas ejus; quemadmodum ipse illas exercuit eluens pedes Apostolorum suorum, quae una fuit ex novissimis actionibus vitae ipsius.

1. Quia hoc ille nos docuit verbo, & exemplo, quia nihil sapientius, nihil apertius nobis commendavit nisi humilitatem, & humilitationem, tamquam unicam rationem infringendae superbiae, quae nobis ingentia est, sed quae simul est maximus obex salutis nostrae. Sed quomodo imitari possumus Salvatoris humilitatem, quia humilitationem exercemus, sive illam sustinentes, cum despiciuntur, cum contemnitur, cum humiliamur, vel requirentes illam, cum per verum humilitatis sensum, veritatem nostrum incipitorem contemptum nosmet exercemus in abjectissimis officiis pro Deo, & proximi nostri famulatu? Ad haec nihil est, cuius nobis non dederit exempla insigniora toto vitae suae spatio, quam incipit famulatum inquitur S. Paulus, accipiendo formam servi; quam profectus est Sanctae generici suae, Sanctoque Joseph humilem praestando operam usque ad aetatem annorum triginta, & demum, qui finem fecit novissimis humilitationibus.

2. Imitatio in id genus operibus illi gloriosior est, quoniam majorem indignitatem a morem erga ipsum, majori a nobis in pretio haberi, majus eidem placendi desiderium, & a nobis gloriam ipsius unice quari etiam cum propria detrimento.

3. Quia Salvatoris imitatio in iis, quae sunt abjectissima nos efficit sanctiores; hoc enim est sequi id quod magis mundi placitis adversatur, qui ea tantum petit, quae nitent; hoc est puriori cum intentione operari, ideoque uberiori cum merito. In hoc minus amori proprio vellicamur; & tandem quo minorem gloriam ab hominibus expectamus, eo majorem Deo gloriam possumus asserere, & facilius hoc pacto nosmet sanctificare. Hac fuit mens Filii Dei hoc nos exemplo suo docentis.

III. Actiones, quae in hominum oculis abjecte videntur, quantum in oculis Dei praesent illis, quae magis illustrentur.

1. Fiant cum puriori intentione, ideoque majori cum merito; quia Deus non respicit tantum ea, quae sunt, quantum quae ob finem fiunt.

2. Fiant majori cum adificatione proximi, quibus praestetur exemplum.

3. Fiant cum minori periculo nostro, quod oriri potest ex vanitate, ambitione, & plaudentium exultatione.

IV. Caremonia haec ablationis pedum, quam ad exemplum Filii Dei passim celebrat Ecclesia, mysterio non vacat, & recenseri potest in numero Mysteriorum, quod ignorarunt Apostoli, antequam Salvator illa iis explanaret. En autem quid actio haec mystica repraesentet secundum Sanctorum Patrum, Interpretumque sententiam.

1. Nihil illi acceptus, & antiquus esse humilitate, nihil

peccatoris humilitationis jucundius; quandoquidem in Scripturis videmus, hanc illius gratiam, misericordiam, & beneficia, & munera promereri.

2. Ex famulis suis, ut illis, qui cum sectari cupiunt, extremam requirere cordis puritatem, & ut illi qui a gravioribus noxiis immunes sunt, coentur etiam levissimas maculas, minimaque fordes eluere, cuiusmodi est pulvis ille, qui pedibus adhaerescit: *Qui mundus est non indiget, nisi ut lauet pedes.* (Joann. 13.)

3. Debere nos ad exemplum Filii Dei ultro, citroque similia caritatis officia praestare: *Exemplum dedi vobis, ut quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis.* (Ibidem.)

V. Dei Filius in cena novissima, cui cum Apostolis suis accubuit, duo fecit aequae mirabilia; quorum primum est; quod ad tempus aliquod cenam paschalem reliquit Apostolorum pedes abluturus; alterum vero, quod mensae iterum accubuit institutus adorabile Sacramentum Corporis, & sanguinis sui, ut esset cibus animarum nostrarum. Duo haec facta nullum inter se nexum habere videntur; veram si animum advertimus ad circumstantias loci, temporis, & sermonis, quem habuit post hanc pedum ablationem, videbimus Salvatoris mentem fuisse docendi quae animae dispositione fundenda esset caelestis hic panis; & quomodo debemus nosmet dignos praebere, qui mensae Domini participes efficiamur. Etenim

1. Poscit immunitatem cordis, corporisque puritatem, & omnimodam summatam a minimis foribus, quae Penitentiae Sacramento nobis sunt eluenda.

2. Altissimam humilitatem, quae nos sub omnium pedibus demittere debet, ut digni habeamur, qui huic caelesti convivio admittamur.

3. Praxim operum caritatis, ostendendo a nobis fratres nostros amari per humilia, quae illis praestamus, officia.

PARAGRAPHUS ALTER.

Fontes, unde hauriri copia possit ad praeparandum Sermoneum structuras exornandas, & Auctores, qui hoc pertractant argumentum.

Sanctus Augustinus serm. de cena Domini in illos invehitur, qui sub dignitatis, vel illustri generis specie designantur sequi exemplum Filii Dei, & Sanctorum, exercendo similes humilitatis actiones erga pauperes.

Sanctus Cyrillus sermoneum habet de pedum ablatione, ubi loquitur de admirabili humilitate Filii Dei, & necessitate, in qua sunt Christiani illius imitandi.

S. Chrysostomus in tertium capit. Evangelii S. Joannis describit quomodo Salvator eluit pedes Apostolorum, & credit etiam illum inquitur fecisse ablucendo pedes Judae. Quod tamen certum non est.

Venerabilis Beda homiliam de hoc argumento conscripsit, ubi laetius verba facit de admirabili humilitate Filii Dei in huiusmodi actione.

S. Innocentius Pontifex III. loquitur de multis modis, quibus Deus eluit fordes peccatorum nostrorum, illa explicans Evangelici verba: *Qui lotus est, non indiget, nisi ut lauet pedes.*

Sanctus Petrus Damiani serm. in cena Domini per occasionem eorum, quae praestata sunt in hoc Mysterio ablationis pedum, loquitur de pluribus virtutibus, potissimum vero de humilitate, quae ibi praeter ceteris nitet.

Yvo Carnotensis in homilia de novissima cena Salvatoris loquitur de modo emundandi animam nostram a terrenis affectibus; quod pedum ablutio praestatur.

S. Bernardus serm. 1. de pedum ablutioe, prorsus singularem habet opinionem, & ex hoc Mysterio quoddam efficit Sacramentum ad remissionem levium animae foridum institutum.

S. Bonaventura serm. 2. in cena Domini in illa Evangelii verba: *nisi lavero te, non habebis partem mecum*, explicat quatuor modos, quibus Dei Filius eluit hominum pedes.

Item in sermone tertio de cena eadem loquens de pedum ablutioe docet medium, & necessitatem abluendi, & emundandi animam nostram a foribus quas per mundici commercium contrahit.

P. a Ponte in 4. parte meditationum de Mysteriis Fidei, meditatione octava suus de hac pedum ablutioe verba facit.

Granatenis in Memoriali, libro sexto eloquenter, & Oratore hoc tractat argumentum, & fuit verba facit de circumstantiis actionis huius.

Idem de hac re loquitur etiam in sermone de novissima cena Salvatoris, & in actionis huius circumstantiis notat ordinem, & oeconomiam, quam ille in hominum redemptione servavit.

P. Noiler in parte altera Hominis Oratoris meditatione tertia pro feria ii. post Septuagesimam pias habet in hoc Mysterium animadvertiones.

P. Hai:

P. Haineyne in parte secunda Meditationum, meditatione pro feria ii. post Septuagesimam. Lancicini in Opusculo vicefimo primo Meditationum habet huius argumenti.

Prater eos qui meditationes ediderunt de pedum ablutioe, omnes Interpretes, qui scripserunt in Sancti Joannis Evangelium hanc humilitatem Salvatoris actionem consideraverunt. Qui vero Concionatores uberem materiam suppeditare possunt, sunt Toletus, Barradius, Cornelius a Lapide.

Drexellius in Christo moriente part. 2. c. 1. Matthias Faber conc. de Cena Domini. Moliner integrum habet huius argumenti sermonem in Quadragesima pro feria v. Majoris hebdomadae, ubi spectaculi novitatem, & fructum inde percipiendum ostendit.

Auctor sermonum in omnia Ethice Christianae argumenta, Tomo I. particularium argumentorum; ex quo de promissis plerique ea, quae ad hoc Mysterium spectantia in medium afferimus.

PARAGRAPHUS III.

Laet, Exempla, & Applicationes Scripturarum huic argumento.

SCIENTES JESUS, quia omnia dedit ei Pater in manus, & qui a Deo exiit, & ad Deum vadit, surgit a cena... & cepit lavare pedes discipulorum. Joann. 13.

Dicit ei Petrus, Domine tu mihi lavare pedes? Ibidem. Respondit JESUS, quod ego facio, tu nescis modo, scies autem postea. Ibidem.

Dicit ei Petrus, non lavabis mihi pedes in aeternum. Ibid. Respondit JESUS; si non lavero te, non habebis partem meam. Ibidem.

Dicit ei Petrus, non tantum pedes meos, sed & manus. & caput. Ibidem.

Qui mundus est, non indiget nisi ut lauet pedes, sed est mundus totus. Ibidem.

Scleris, quid fecerim vobis... si ego ego laui pedes vestros, Dominus, & Magister, & vos debetis alter alterius lavare pedes. Ibidem.

Exemplum dedi vobis, ut quemadmodum feci vobis, ita & vos faciatis. Ibidem.

Non est servus major Domino suo. Ibidem. Si hac scleris, beati eritis, si feceritis ea. Ibidem.

Disce a me, quia mitis sum, & humilis corde. Matth. 11. Qui major est in vobis, fiat sicut minor, & qui praefertur est, sicut ministrus. Luc. 22.

Quamvis fecistis uni ex his fratribus vestris minimis, mihi fecistis. Matth. 25. Nilius hominis non venit ministrari, sed ministrare. Idem 20. Qui major est vestrum, erit minister vestrum. Matth. 23. Si quis unum principum esse, erit omnium novissimus, & omnium minister. Marc. 9.

Quanto magis es, humilia te in omnibus. Eccli. 3. Vultor suam plusquam factus sum; & ero humilis in oculis meis. 2. Reg. 6.

Qui humiliatus fueris, erit in gloria. Jobi 22. Semper unum extenuatis formam servit accipientes. Ad Philippen 2.

Omnis invicem humilitatem instruente. 1. Petri 5. Humiliamini in conspectu Domini, & exaltabit vos. Jacobi 4.

Exempla ex Veteri, Novoque Testamento desumpta, ad hoc argumentum pertinentia.

DAVIDE vere persuasum erat, hominem, quo magis dignitate praestaret, eo majorem Deo honorem adferre, ubi sese demittit ad actiones abjectas, & humiliantes, dum coram Archa foederis, quae figura est humanitatis JESU, videri vult exutus omnibus insignibus regiae dignitatis, superbaeque Reginae, quae tantam humilitationem pati non poterat, irrisionem sustinere; quae quo magis illi indignata est, eo majorem illi praesentis tui animi sublimitatem, & magnitudinem. Quid, respondit enim illi, coram Domino, qui me in Regni solio sedere iussit, meque Patri tuo praetulit, me non humiliem? Vultor suam plusquam factus sum; & cultu illius, in eo constitutum gloriam meam, ut me infra novissimum subditorum meorum me desicim. Nobilitas hic, & generosus sensus Principis veteris Testamenti, Sanctus Augustinus ait, egregie docuit omnes Christianos Reges, ne timent inferre detrimentum suae dignitati sese coram Deo humiliantes, & praebentes subditis suis exemplum honoris qui illi debetur. Quid fecisset Sanctus ille Rex, si uti nos cominus vidisset diem humilitationem Domini, quam non nisi eminus prospexit; & si licuisset illi participem fieri verbi illius, quod ex Incarnati Verbi ore prodiit: *Exemplum dedi vobis, ut quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis.* (Joann. 13.) Ego ipse exemplum dedit; Deus qui hodie fungitur munere servi, & mancipii; Rex gloriae, qui se subji-

cit pedibus indignissimi omnium mortalium, videlicet proditoris, qui jam jam excuturus est execrabile pendenti ejus consilium. Deinceps quantumcumque placuerit, terrae principes sese humiliant, nunquam esse tantum abijciant. Ex Sermone manuscripto.

Olim visus est Deus quamdam veluti triumphi speciem sibi proposuisse Achab coram se humiliatum; nam quasi oblitus fuerat tantam videns humilitatem in homine adeo tumido, atque superbo, ex Propheta suo quaesivit: *Nomine vobis humiliatum Achab coram me? (3. Reg. 21.)* Quid mirum Regem hunc, qui non erat nisi homo simplex & insignis peccator, sese humiliasse, & de genu sapientem illum majestatem adorasse, & eum, qui non nisi cinis, & pulvis erat, sese cineribus cooperiret, & in daretur cilicio, ut a capite suo ultionem eam detorqueret? Convertite huc, oculos convertite, o Rex gloriae! longe aliud spectaculum intueberis. Videbis hic filium tuum, non equidem dicam ad pedes magnitudinis tui, sed ad pedes Judae ipsius, videlicet mortaliu omnium nequissimi. Videbis quomodo eos tenet sacratis manibus, quomodo illos complectitur, & osculatur, non quidem mero quodam officio, sed tenero, sinceroque affectu, & ex corde. Esto quidem Deus-homo se humiliet, atque exinaniat coram Patre suo; quod vero Deus sese demittat ad pedes ulque peccatorum, hoc sane Gazum, atque terra admirantur.

Phariseus, qui domi suae Salvatorem exceptit convivio scandalum occasionem nactus est, eo quod ille passus fuerit mulierem, quae erat in civitate peccatrix, pedes suos tangere, & arbitratus est hoc indignum esse gravitate, & loco, quem Propheta obtinebat in populo. Sed superbe Pharisaeus, si tanti facis Prophetam dignitatem, ut hanc polli posse putes talem peccatricem; quoniam fuisse cogitationes tuas si scires eum qui tangebatur, & cuius pedes ab ipsa eluebantur, Deum esse, & ipsum nequaquam hanc peccatricem a se amovere? Verum si obiectum adeo novum, & usque vanitati adeo incredibile, te rapit in admirationem, quid dixisses, si scires hominem hunc esse Deum, qualis erat, vidisses non solum praebere peccatoribus pedes suos praereverentia osculandos, quod quidem sanctissimum quique honori sibi vertisset; sed ipsum illum flexis in terram genibus peccatorum pedes eluisse? Quodnam incomparabile discrimen adest Deum inter, & Prophetam? quod porro inter permissionem alius concessam pedes suos tangendi, & alienos pedes eluere? Quam vero tuos extinguit stupor, si oculi tui fuissent testes huius spectaculi? Ego quidem non dubito, quin Angeli ipsi obstupuerint, & tantam humilitatem fuerint admirati. Ex Granatenis Memoriali.

Cum Dei Filius convenit Joannem Baptista in fecus oram Jordanis, ut manibus ejus baptizaretur, Sanctus ille Praecursor tanta capus fuit admiratione videndi Salvatorem suum non solum in peccatorum turba consulum venturum ad se ex universa Judaea, ut baptizarentur; sed perentem sibi hunc poenitentiae baptismum, quem Sanctus ille praedicabat, veluti dispositionem ad recipiendum Spiritus Sancti Baptismum a Mundi Salvatore instituentium pro peccatorum remissione: Sanctus hic Praecursor, inquam, tante humilitationis stupore capus est, ut detrectare non ausus obedientiam illi, quem Dominum, ac Magistru suum profitebatur, abstinere non potuit, quominus suam testatam faceret admirationem, & significaret, se rei novitate percullum, & animi agritudinem, qua consuebatur coactus exercere ministerium, quod a se petebatur: *Ego debui a te baptizari, & tu venis ad me? (Matth. 3.)* Ego, qui toto caelo te minor sum, a te baptizandus sum; & tu a me petis baptismum? Tu magnus adeo, ac supra me positus; ego vero adeo exiguis, & miser, ubi inter nos instituat comparatio: Tu Patris aeterni Verbum; ego autem vox clamantis in deserto; & qui natus sum, ut adventum tuum praenuntiarem; Tu, qui lux es Mundi; & ego, qui ideo sum, ut testimonium perhibeam, luce hac mundum universum illuminandum esse, & fugandas tenebras, quibus homines involuti sunt: Tu qui es Messias, Dominus, & supremus rerum omnium moderator; & ego, qui servus tuus sum, & filius ancillae tuae, a te missus, ut tibi praecurram, ut tibi praecedam, & mortalibus praedicem: *Tu ad me, Verbum ad vocem, Sol ad lucernam, Dominus ad Servum, Rex ad Praeconem?* Et profecto magnus iste Sanctus jure mirabatur videns illum, cuius indignum se putabat, qui solveret corrigiam calcamentorum, sub peccatoris imagine, inclinare caput, ac se ad baptismum petendum submittere. Sed quantum admirabilior est humilitas, quam Dei Filius exercet ea in actione de qua verba facimus; quandoquidem non recipit ille de manibus discipulorum suorum aquam suo capiti insulam, sed se abijcit, ut aquam det pedibus eorum; & non petit eorum ablu ministerio; sed ipse illis eluit; & ad extremam usque humilitationem descendit, qualis est eorum pedes ablucere: *Capite lavare pedes discipulorum.* (Joann. 13.)

S. Petrus, qui omnium primus coactus fuit parere voluntati Salvatoris, & pati actionem adeo humiliantem, obstupuit ita, ut admirationem suam sequentibus verbis significavit: *Quid mirum habebat, quod Dominus ad pedes meos se demitteret? (Act. 10.)*

Humilia- tio Regia- chab, qui Deo elar- cuisse vide- tur, cum hoo Salvatoris non est com- ferenda. a'

Injusta sus- pitione Chris- ti videns Magdalenam peccatricem, quae Salva- toris pedes irrigantem.

Stupor S. Joannis Ba- ptistae vide- tis Salva- torem in pec- catori tur- ba venientem ut ab ipso baptizaretur.

Stupor S. Petri videtur Dei Filius ad pedes suos inclinare.



8. Joannes explicite animadvertit, hanc omnia spiritui illi fuisse presentia, & ipsam acta de his cogitavisse; unde sequitur, si ille sese infra homines humiliat, id non accidere propter exterram vim aliquam, neque per animam infirmitatem, neque ob defectum cognitionis sui ipsius, nec quia aliqua utilitatis specie capiat, sed per sensum humilitatis, atque ut adimpleat ea, quae sapientia dicta sunt: quanto major es, humilia te in omnibus. (Ecclesi. 3.)

Actio haec Filii Dei non solum est humilitatis exemplum, sed etiam documentum Caritatis, quod nobis proponit: quod enim abluere, testari est, nos paratos esse ad omnem illi operam praestandam, omniaque bona officia, quibus pares sumus; est illum consolari, illi blandiri, optulari, omniaque sincere amicitiae argumenta praebere. Hoc Salvator qui Apostolos appellare dignatus est necessarios, & amicos suos cum illis exercuit in pervigilio terribilis diei illius, quo pedes sui cruci erant confingendi, & sanguine suo eluendi. Hinc patet quam severa sit in semet, & in alios misericors caritas perfecta. Consideremus ergo magnum hoc humilitatis, simulque Caritatis exemplum; haec sunt virtutes, quarum Salvator ex testamenta heredes reliquit, qui ad ipsum pertinent; & extrema hora haec praecipit illis, ut inter se mutui certantes officii id faciant, quod fecerat illis, & certatim sibi praebent officia humilitatis, & caritatis, quibus cum illis usus fuerat.

Quamvis tota Salvatoris vita, ab ipsa nativitate illius in praesepio usque ad mortem in Cruce nobis non extierit nisi perenne humilitatis documentum, tamen actio abluendi pedes Discipulorum suorum una est ex praecipuebus maxime memorandis, maximeque momenti, quas nobis reliquerit. Hoc ipse etiam testari voluit cum edixit, se tanquam Dominum, & Praeceptorem nostrum reliquit nobis novissimam lectionem hanc altius imprimendam in mente nostra, & exemplum hoc nobis imitandum. Si ego laevi pedes vestrorum Dominus, & Magister, exemplum dedi vobis, ut quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis. (Joann. 13.)

Deum videri gloriosum, & plenum maiestate, praebere magnitudinis suae monumenta, novum non est, nec tale, quod clere debeat admirationem; gloria enim non est aliquid per accidens in illo, sed natura ejus est, atque essentialis. Quod vero se humiliat, atque demittit usque ad pauperum piscatorum pedes abluendos, adhuc contemptibilior propter rursus crucem ingenium, quam propter generis humilitatem; hoc mirum esse debet Caelo, ac terrae, ipsique beatis mentibus, quae non obtusescunt, cum illum magna operantem intuentur. Sed videre illum tam humilium, quam per se ipsum magnus est, hoc illos non minus quam Apostolos rapit in admirationem; & hoc tantum est spectaculum, ut ejus novitas omnem excederet fidem, nisi ille ipse id significasset testimonio unius eius illis, erga quos tantam exercuit humilitatem.

Dicere postquam in actione haec meram dumtaxat videri humilitatem sine intentione humilitatis, quae illum attulit; quod dicere non licet de actionibus aliis, in quibus se alius humiliavit. Et profecto factis illas percurre, ut quo meridiana luce clarior innotescat. Nativitas ejus infinite humilis fuit, quandoquidem Apostolus vocat illum exinanitionem maiestatis Dei in stabulo nati; sed Angelorum concentus, obsequium Pastorum, Stellaeque partitio, Regum adoratio in stabulo eodem tantum gloriae, quantum humilitationis ostendunt. Humilis fuit ejus infantia, quia obnoxius fuit legi Circumcisionis, perfectioni Herodis, coactusque fuga se in Aegyptum recipere, sed in ipsius praesentatione in Templo, Simeon, & Anna mirabilia ejus evulgantur; Angeli revelatio subduxit illum gladio persecutoris, ideoque in ejus infantia tantum gloriae, quantum humilitationis, deprehenditur; humilis fuit ejus adolescentia, quoniam transacta fuit in obedientia, & submissione, quas praestitit Sanctae Mariae, & Sancto Joseph; & erat subditus illis; (Luce. 2.) ita pariter vixit in obscuritate silentii, & recessus sui per annos triginta; sed in hoc ipso humilitationis statu inter Doctores emittit, & specimen praebet consummatae sapientiae, quae ceteris universi laudes, & admirationem concitavit. Mox vero ab annorum triginta aetate usque ad exitum vitae suae quodnam humilitatis argumentum non praebet in omnibus actionibus suis, omniaque vitae ratione; sed simul ejus praedicationes, eloquentia, miracula, populi plausus, & amor nonne pepererunt illi in omnibus oppidis Judaeae summam nominis celebritatem? In morte ejus, & cruce, qui fuit extremus abyssus humilitationis suae, Caelum nonne pro ipso ita restant est per prodigia, quae ipsum verum Dei Filium prodiderunt; vixit Filius Dei erat ipse. (Matth. 27.) Sed in ablutione pedum mera fuit humilitatio, quae gloria ullam sibi parem assumpserit; actio, ubi nullus elinxit magnitudinis nitor, & quae profusa sapit quandam vilitatem, non humanam tantum, sed plerumque fervilem.

Discipuli supore capti erant, cum Dei Filius exercebat ministerium in speciem adeo abjectum, quae causam in Dei Filium telligebant, neque illam exquirere audebant, satis esse ra-

ti ei se subicere, & admirari. Sed ubi actio haec absoluta fuit, Salvator moralem sui rationem aperuit, & post eius Ascensionem Spiritus Sanctus aliam profusus mysticam illis detexit. Moraliter ratio exemplum est humilitatis, quod illis tradidit: Exemplum dedi vobis, ut quemadmodum ego feci, & vos faciatis. (Joann. 13.) Ratio mystica fuit docere quamnam futura esset humilitas puritas, ut quis dispositus esset ad recipiendum sacratum corpus illius in Eucharistia; puritas figurata, & representata per hanc pedum abluentionem, quae praecessit, vel quam immediate subsequuta est divini Sacramenti hujus institutio.

Aeternae vitae Magistri quaestionem institunt, quae explanatione indiget. Quarunt qua in re teneamur imitari hoc exemplum, quod Dei Filius obicit oculis nostris. Exemplum dedi vobis, ut quemadmodum ego feci, & vos faciatis. (Joann. 13.) Num jubeamur testari invicem aliorum pedes abluere? S. Augustinus in tractatibus suis in S. Joannem ait, praecipuum hoc melius adimpleri actu faciendū proximo, quod Salvator fecit discipulis suis, cum manibus propriis pedes eorum lavit, quod usitatum fuit a Mundi primordiis, & propter quod Abraham & Loth in Genesi celebrantur. Deinceps in primitiva Ecclesia haec praebat consuetudo, ut inferri potest ex quodam loco S. Pauli in prima ad Timotheum, ubi loquens de virtutibus, operibusque bonis, quae viduum commendabilem constituunt, vulg queri, utrum lavaret pedes Sanctorum. (1. ad Tim. 5. 9.) Et S. Augustinus in laudato loco testatur, vix adhuc fuisse plurimos ultra citroque sibi hoc officium praestitisse ad exercendam hospitalitatem: Verum tamen est dicere praecipuum hoc adimpleri posse alii actionibus caritatis, & humilitatis; quapropter plurimi Doctores, sique celeberrimi docent, Dei Filium per hoc ministerium, quod habetur velut abjectissimum, aliam id genus complecti voluisse; & in more positum esse etiam inter mortales mundi futurum, qui pro se ferre volentes quoniam prosequantur obsequio aliquem; sese offerunt illis minima quavis praestituros officia, ita ut credendi locus sit, Dominum in hoc pedum abluendo officio complecti omnes actus humilitatis, & Caritatis, quos hominem homini praestare fas est.

Quemadmodum superius dictum est, hanc pedum abluentionem, quam Salvator in cena novissima exercuit, Myserium fuisse, quod deinceps explicuit: Doctores item asserunt, Myserium hoc repraesentare potissimum cordis puritatem illis necessariam, qui participare ferri volunt corporis, & sanguinis ejusdem in adorabili Eucharistia. Non enim sine causa JESUS CHRISTUS id operatus est post Agni Paschalis comestionem, & immediate ante, vel post institutionem Sacramenti Corporis sui pretiosum, tanquam interjectam moram inter sinem figure, & veritatis principium; vel tanquam dispositionem per quam nos ab umbra ad rem traduceret; sed per hanc caeremoniam docere nos voluit, quantum novae Legis Sacramentum praestantius sit Sacramento veteris, & quomodo preparatio, quam exigit, major esse debet, quae haec pedum abluentia, quae fit in exteriori haec corporis parte signatam intrinsecam emundationem ab his omnibus, quae laeta, & vitiosa sunt in cogitationibus, & affectionibus nostris maxime secretis, quarum figura sunt pedes; si parati volumus esse ad recipiendum hunc vitae panem, & percipi illud Apostoli monuit: Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, ad quod referuntur verba illa, quae Salvator dixit Sancto Petro re adhuc integra reverentia causa recusanti illud officium, quod illi praestare cupiebat Dominus, pedes illius abluendo: si non laveris te, non habebis partem mecum. (Joann. 13.) Talibus verbis inveniunt illum non futurum dignum, qui participare ferret Sacramenti Sacri Corporis sui, nisi haberet cordis puritatem, quam corporalis haec ablutio significat.

Nihil videri nobis potest magnum, nisi quod Deus reddidit veneratione, & obsequio dignum per electionem, quam facere dignatus est; cum enim pretium in quo habet reverentiam sit regula, vere gloriosum vocari potest, quod sua dignum censit approbatione; ita ut quantumvis abjectum sit, & contemptibile in se id, quo utitur Deus, inde inestimabile pretium adquirit. Juxta hanc regulam igitur judicium nobis ferendum est de christiana humilitate & gloriosa confensione est actio, cuius homo Deus nobis reliquit exemplum, sese dimittens usque ad discipulorum suorum pedes abluendos. Itaque nullum prajudicium, nulla humana ratio, nulla opposita consuetudo praesertenda est iudicio, & astimationi Dei, neque efficere debet, quominus hujusmodi facta imitemur, quantumvis abjecta, & indigna in oculis hominum videantur.

Plures occurrunt in Mundo concertationes, atque contentiones ortae ex superbia, & ordiis, atque auctoritatis zelotypia. Ad occurrunt ne aliquae, quas Christiana pepererit humilitas ad obtinendas sedes novissimas, & ad sibi invicem abjecta officia praestanda? Videmus quidem in humili actione Filii Dei Petrum detrahentem illud Caritatis officium, quod illi praestare cupiebat Salvator, & in Salvatore videmus voluntatem efficiendi, ut sibi obediretur, quae

lavet pedes discipulorum.

Verum ne curant imitari hanc ipsam abluentionem.

Dei Filius pedes Apostolorum lavit, ut exemplum praestaret puritatem cordis, ut ad Eucharistiam panem recipiendum.

Pretium in quo Deus reddidit veneratione, & obsequio dignum per electionem, quam facere dignatus est.

Vere humiliatis sita non est in detrahendis honoribus, qui detrahuntur, sed in illis, quae accipiuntur.

que ad minas usque processit, si Petrus detrahere peristeret. Sed in hac inter Magistram, & Discipulum concertatione vera fuit humilitas in Filio Dei, sed in S. Petro fuisse pertinaciam, si imperata facere ulterius detraheret. Vera humilitatis meritum non est, delatum honorem modicus respicere; sed illo se indignos putare, eumque verendum, & ex mera obedientia recipere, postquam illum modesto fueris deprecatus.

PARAGRAPHUS VI.

Ecce Delicti ex Aeternis, utriusque Conclusionibus hujus Argumenti.

Hic non opus est prolatis sermonibus, sed magno ac tenero affectu qui suum producat effectum ad intuitum actionis, quae per se loquitur. Vobis igitur proponit id, quod in novissima cena operatus est Salvator. Conspicitur a mensa, ponit vestimenta sua, pelvim accipit, eamque replet aqua, mox praecingit se linteis, projicit se ad Petri pedes eos abluendo. Pauper hic discipulus tanta, & non usitata humilitate obtusescens, hoc detrahet sibi praestari caritatis officium, atque testatur se neque posse, neque debere id pari, se tanto honore indignum existans. Magister caritate plenus urget; discipulus erubescens caufatur, & se id negat permittitur. Instat JESUS, & Petrus magis magister resistit: sed videns JESUS Apostolum mortidicus repugnantem, minas intonat, futurum ut si perrexerit obluendo, non haberet cum ipso partem, & illum in aeternum ab illius societate proscriptum iri. Minacibus verbis tandem victas dat manus Apostolo, statimque ille, qui nonnulli magna potest efficere, sese inclinat id facturus, quod semper apud homines abjectissimum, humillimum, ac servile habitum fuit. Pauper Halmensis in Meditatione hujus argumenti, pro feria quarta post Septuagesimam.

Dei Filius originis, magnitudinis, & potentiae suae nequit oblivisci, quod tamen non prohibet quo minus se humiliet. Superbia fuit praeter conditionem suam & merita innumerablem, vera magnitudo humilitatem potius suadet, quam superbia. Quia Sanctus Chrysostomus exclamavit, haec manus, quae solo tactu caecos, & leprosus curaverunt, sese demittunt ad piscatorum pedes abluendos? nihilominus non miramur; non minus miraculum operantur superbia curantes. Deus! quam arduum erat homini humilitatem inspirare; quandoquidem humilium exempla vix sufficiunt ad hanc suadendam, quamvis in homine non desinat plurimae femer humiliandi causae. Ab Apostolorum principe initium facit JESUS pedes discipulorum suorum eluens; quippe qui ad occupandam primam fedem electus praeter ceteros haec humilitatis lectione indigebat: Tu mihi lavas pedes? Pauca verba haec quam belle explicant conceptum, quem fovebat Petrus indignitatis suae, & magnitudinis Domini & Magistri. Ceteri discipuli nonnunquam amque delicati, ubi de honoris summa agitur; atque adeo zelotypi auctoritatis, ac ipsi Mundi sedatores. Mundi principes! domini adeo duri, & imperiosi, scilicet, quid hic agit JESUS? Prostat ad Apostolorum pedes, ut medeatur huiusmodi perbie, quae illis fortasse cogitationem immitteret, & fortasse elicit ab eis confessionem hanc, vos non mereri id esse, quod estis. Ex libro, cui titulus: Rescetes animadversiones in S. Joannis Evangelium.

Quis non oblusesceret videns illum, ad cuius nutum firmamentum columnae tremiscent, & sub quo omne flectitur genu, ipsum quoque genua flectentem coram miseris piscatoribus, sacris manibus suis pedes illorum abluentem, ac subinde ofusculantem usque ad pedes Judae, qui illum saniam erat traditurus? Amor suus illud est pondus, quod efficit, ut se adeo submitrat, sed hic cecus amor non est. Admirabilis humilitas, quae illum adigit ad actionem adeo abjectam suscipiendam, nonnulli luminibus subtilibus sapienter concepit: Scitis JESUS inquit Evangelium; scit se Dei Unigenitum esse; scit se ex illius sinu prodisse, & illuc sibi quantumvis redeundum esse gloriae suae ornamentis circumamictum; scit, Petrum suum omnia posse in potestate sua, & nihilominus, quo major est, quo elatior, quo potentior, eo est humilior, & quo magis meritis, & dignitate refugit, eo se magis humiliat? Ubi non desistere potest superbia postquam tale exemplum resugit? Quousque descendere potest humilitas, ubi non invenit Deum inferius demissum? O Salvator amabilis! me huc perduxisti, ut non inveniam amilior hodierna dila-cum, qui mihi apte conveniat: cum enim novissimum meam, mihi judae pedes elegeram: sed cum illum viderem occupantem, pone me, ubicumque tibi placeret, ubi libet enim collocaveris me, te semper in humiliiori statu conspiciam; & quo magis ne demittam, semper tibi propius ero. P. Novae in Meditatione tertia pro feria quarta post Septuagesimam.

Actio, quam facturi sumus, judaica dumtaxat esset caeremonia, nisi animaretur spiritu novae legis, ut fieret re-

ligiosa, & Sancta. Asequi opus est Spiritum ipsius JESU GRHISTI. Cum dilexisset suos, inquit Evangelium in finem dilexit eos, voluitque praebere illis maxime fidum, tenerumque sui erga illos amoris argumentum. Hoc autem, o Christiana Societas, est ex parte quidem Sacramentum sui Corporis, & Sanguinis, per quod aeternam quodammodo inter nos mansionem intulit, ex altera vero documentum maxime necessarium, quod eo modo tradit, qui majorem in cordibus nostris impressionem efficere valet. Docet enim virtutem, sine qua caro ipsius, quantumvis sanctissima, secundum Sancti Augustini doctrinam par non esset nobis sanctificandis. Intelligit, puto, me loqui de hac humilitate, quae illum ad Apostolorum pedes praebent, ut illis praestet officium omnium in hominum oculis abjectissimum; sed in oculis Dei gloriosissimum. Quae, Auditores lectissimi, insidite vestigiis Magistri: sed vobis dicere teneo, nos frustra ad exemplum ejus, nosmet ad pauperum pedes provolutum iri, nisi ad pauperum pedes attulerimus cor vere humilitatum. Sermo M. S.

Unus erat Deus, qui exemplo suo cogeret terrae Principes, ut se demitterent, & humiliarent; & vicissim dicere possumus, Principes tantum perfecte imitari posse Deum suum conformari Deo hunc Incarnato, qui factus est eorum prototypus, & ex Sancti Pauli sententia possunt esse cum illo exinanire. Sed intervallum, quod interiacet inter eorum conditionem, & hanc nihil speciem, ad quam descendunt, adeo exiguum est, ut pro nihilo ferre habendum sit; cum e contra Reges, & Mundi Principes nites propter eam, quam obtinent dignitatem, & saepe etiam propter singulares, & eminentes qualitates, quibus praediti sunt, gloria cumulati, & elati magis per animarum suarum magnitudinem, quam per solii sui celsitudinem, longiore viam decurrere teneant, ut humiliarent, & hac in re aptius representant, quod fecit Dei Filius, cum de Caelo descendit in terram, & de sinu Patris usque ad pedes Discipulorum. Alnus Sermo M. S.

Magnitudo, cum perfecta est, complectitur supremum imperium, potentiam, & maiestatem. Summum imperium Magnitudinis cumulus est; potentia illius praedium, maiestas vero est tanquam nitor, & decor. Sed nemo unquam habuit tale imperium, tantam potentiam, & maiestatem, quae cum JESU CHRISTI qualitatibus comparari valeat; & rerum harum recordatus est, S. Joannes inquit, cum in initio consilium abluendi pedes Apostolorum suorum: Scitis JESUS, quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia Deus est, & ad Deum vadit. Eo temporis momento haec occupatus fuit cogitatione, se a Deo prodississe: ecce summum esse imperium; omnia sibi in manus data fuisse a Patre: ecce illius potentia; & se quamprimum abiturum ad tenendam sedem sibi debitam ad ipsius Dei dexteram: ecce ejus gloria, & maiestas, seipsum demittit, eo usque ut se proferat ad pedes eorum, quos sibi Discipulos elegit. Idem.

Haec una actio Filii Dei plures complectitur notabiles circumstantias, prima, quae in nostris incurrit oculos, est profunda humilitas, cuius ille nobis exemplum voluit tribuere, & proculdubio Sanctus Joannes ab ipso Evangelii sui exordio adeo humiliter locutus est de J. CHRISTI magnalibus, ut humilitationes illae, cum quibus vita suae finem imposuit, magis innotesceret ex hac oppositio-ne, quasi dicere voluisset: Dominus, qui hunc natorum omnia, qui Dei Filius erat, qui ab illo egressus fuerat, & qui ad illum revertebatur: ille, sub cuius potestate Pater aeternus subjecerat quidquid in Caelo est, in terra, & in inferno: ille, cujus maiestas adeo sublimis est, scientia tam late patet, & potentia est adeo terribilis; fuit adeo mirabilis in humilitate, cuius nobis relinquere voluit exemplum, ut nec suprema ejusdem potestas, nec mortis praesentia, neque eminentis magnitudo sua illum detererere poterit, quominus Discipulis suis hoc adeo abjectum, ac servile praestaret obsequium famulis suis; nam perinde ac unus ex eorum numero fuisset, exiit se vestibus, linteis praenavit se, aquam in pelvim infudit, & propriis manibus, illis ipsis, quae Caelum ac terram creaverunt, manibus universorum opificibus, lavare cepit pedes duodecim pauperum piscatorum, & quod omnem superat admirationem, pedes Judae nequissimi omnium mortalium. O caritatis excessus! O amor infinitus! O incomprehensibilis humilitas hominis Dei! Quis non mirabitur videns Mundi Creatorem, Angelorum gloriam, & Dominum universorum ad pedes duodecim pauperum piscatorum provolutum? Granatenus in Memoriali.

Humana superbia, hoc in loco paulisper per otium considera, quo usque divina Majestas descendat, ut per suam confundat humilitatem eo ipso tempore, quo intelligit quo usque celsitudinis evasit, ambitionem, & tumidos sensus, quos in tua foveas mediocritate? Dei Filius sciens per originem, quam habet a Patre, se equari Deo, & seipsum quoque esse Deum, sese inclinat, ac demittit eo usque, ut pedes abluat creaturarum suarum, & quae ignorat non valet se ex nihilo haurire originem suam, & te in nihilum re-

re debeat cum Spiritu humilitatis

Terra Prima ergo per- fectus pos- sunt imita- ti hunc humi- lantem salu- toris actio- que ceteri val- de

Videat Dei obsequium in hoc humi- lantibus exercitio

Quae adm- irabilis sit actio haec in homine Deo.

Dei Filius nobis con- fudit super- biam